





K.J. 6. 1260.  
693  
1791, 2.  
5

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

FORO PRINCIPUM  
A SUBDITIS CONVENTORUM  
AUSTRÆGALI

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO - CAROLINÆ

MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO DUCE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O

DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE,

REL. REL.

CONSENTIENTE ILLUSTRI JURISCONSULTORUM  
ORDINE

MUNUS PROFESSORIS JURIS EXTRAORDINARII

CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATUM

LEGITIME ADITURUS

D I E                    M A J .    M D C C X C I .

PUBLICE DEFENDET

D. CAROL. FRIDER. GUIL. SCHMID

SCHORNDORFENSIS.

---


T U B I N G A E  
T Y P I S S C H R A M M I A N I S .



DISSERTATIO INGENUARIS IURIDICA  
DE  
TOTO PRINCIPIUM  
A SUBDITIS CONVENTORUM  
AUSTRIECAI

QUA  
ALTORE UNIVERSITATIS BREVIARIUM - CAROLINA  
VINCIMENTIS  
SERENISSIMO DUCÆ A DOMINO  
DOMINO  
CAROLO  
DUCÆ WIRTMARCKÆ ET HICÆ REGNANTE  
KAR. KAR.  
CONSUETUDINE VITÆ ET JURIS CONSULTORVM  
ORDINARII  
MUNIS PROFESSIONIS JURIS EXTRAORDINARI  
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDANTIB  
TEGITIME ADIUVANTIB  
DIA MARCHI MDCCXCV  
PUBLICE DEFENSORE  
SCHEINDORFENSIS  
D. CAROL. FRIEDR. GUL. SCHMID

TUTA  
TUTA SCHEINDORFENSIS



§. I.

In iis, quas novissima Cæsarea Capitulatio, Francofurti ad Mo-

num anno 1790 condita, tuit, mutationibus, augmentum  
Articuli XIX, paragrapto 6to principem sibi locum vindicare vi-  
deretur. Et enim si recte rem perpenderis, noviter data lex mul-  
tum providet in posterum, caussisque, tam in Camera Imperiali  
quam in Consilio Imperii Aulico agendis, limites arciores ponit.  
Auctoren habemus Serenissimum Electorem Trevirensim, a Sta-  
tibus Provincialibus de causa quadam publica (die Behauptung  
des vierzehntägigen Pfingst-Bannzugs zu Kellberg) quam la-  
tinò sermone reddere non ausim, in jus vocatum. Qui cum  
videret victoriam dubiam, & in Camera magnam esse quaestionem,  
intelligeret: *Amon omnes Imperii Principes a Subditis Statibusque*  
*suis Provincialibus de quacunque re corventi tum, cum ex natura*  
*cuius Mandata sive Clausula cesserent, forum coram Aulæ regis sortiri*

A

de-

¶

debeant? satius duxisse videtur, in condenda Capitulatione Cæsarea prospicere sibi, quam omne jus suum Cameræ judicio relinquere. Quare doctrinam de privilegiis de non appellando illimitatis multum commendare, quæque sit in iis mens reputanda, docere studuit: ita ut nova privilegiis hujusmodi supposita Trevirensis interpretatio, cunctis, qui aderant, Electoralibus, uno Coloniensi excepto, placeret, & suffragio Brunsvicensi paululum emendata, eam, quam nunc habemus, Titulo Paragraphoque formam daret.

§. II.

Est autem Articuli XIX. §. 6. tenor is: Wenn auch Landstände und Unterthanen wider ihre Obrigkeit in Privatsachen, welche die landesfürstliche Kammer betreffen, Klage führen: so sollen und wollen wir diese bei ißten ordentlichen Landes-Gerichten entscheiden lassen, weder den Reichs-Gerichten gestatten, über solche Klagen in letzter Instanz, wenn Privilegia de non appellando vorhanden sind, und darin kein ausdrücklicher Vorbehalt enthalten, oder ein anderes durch Verträge mit den Landschaften und Obrigkeiten nicht bestimmt ist, zu urtheilen. Auch sollen und wollen wir bei andern Klagsachen der Landstände und Unterthanen wider ihre Obrigkeit, insonderheit, wenn es die landesherrliche Obrigkeit und Regalien, sowohl überhaupt, als in specie die jura collectarum, armaturæ, sequelæ, Landesdefension, Besazung der Festungen und Unterhaltung der Gar-

Garnison, nach dem Inhalt des Reichsabschieds vom Jahr 1654.  
 „S. Und gleichwie“ und dergleichen berift, ad nudam instantiam  
 Subditorum keine Mandata, Descripte, welche Anordnungen in  
 Meritis causse enthalten, weder Ordinationen, noch Protecto-  
 ria oder Conservatoria ertheilen, sondern nach Inhalt jetzt ge-  
 bachten Reichs-Abschieds §. „Benebens sollen Kammer-Rich-  
 ter“ und §. Was dann Kurfürsten Fürsten und Ständen rei-  
 zuvorderst die Austräge in Acht nehmen.

## §. III.

Possim equidem singulorum Electoralium addere suffragia,  
 quæque fuerint de re tam gravi disputationes habite, docere;  
 sed quamvis operæ pretium facturus videar, tamen, ne verbo-  
 siorem orationem habeas, quam velles, ad ipsam causam acce-  
 dere placet, & in novam doctrinam *de privilegiis de non ap-*  
*pellando illimitatis* inquirere, foro Principum a Subditis Stati-  
 busque suis Provincialibus conventorum examinato, &, *utrum*  
*judicium in talibus causis sit auctorale?* quæstione ponderata.  
 Sunt enim, qui magnorum Virorum novissimæque Capitulatio-  
 nis auctoritate freti, privilegia de non appellando illimitata sic  
 interpretentur, ut, cum Principes tali felicitate in casu privati  
 hominis instar habendi sint, jurisdictione sua cädant summa Im-  
 perii tribunalia, totiusque causæ disceptatio, provide tamen  
 judicialibus jurejurando solutis, Reorum Principum judiciis terri-  
 torialibus vindicari & possit & dobeat. Nec, gravibus sat argu-

4

mentis sententiam hanc stabiliri, dubitandum. Nihilominus tam  
neorūm opinioni assentior, qui pro Cæsare summisque Imperii tribunalibus militaturi, suas ex priscis temporibus rationes  
repetunt, sine ulla fictione rem illustrant, ad Austrægas primum  
causam reducunt, & deinde appellationem ex natura privilegij  
de non appellando sive limitati sive illimitati metiuntur. Nec  
opus quidem a primordio rerum germanicarum argumenta nostra  
repetere; cum persuasum mihi sit, ex vero tantum privilegiorum  
de non appellando sensu rectam esse petendam interpretationem,  
in eoque rem verti, quæ federit iis mens, qui Cameræ Imperialis institutæ seculo leges ipsas, quibus novi Judiciorum Assessores uterentur, tulerant, Ordinationemque Cameralem  
anno 1495. considerant. Juvat tamen antiquos Germanorum  
in judicando mores priscamque Judiciorum formam consulere,  
subsecutas sensim sensimque mutations notare, novamque  
doctrinam cum vetere instituto comparare.

§. IV.

Jam omnium satis constat, priscis illis temporibus, quibus Carolus Magnus Successoresque summam Imperii tenebant, Regem unum fontem Juris in Germania, Judicemque <sup>a)</sup> omnium Judicum fuisse habitum, & Comites ceterosque Ministros Regionis ipsius tantum nomine jus dixisse, in caassis autem gravioribus <sup>b)</sup> & Regi propterea reservatis, praesertim quando de appellationibus agebatur, ipsum Imperatorem sedisse Judicem, in-

veni-

venimus. Non opus est, multis exemplis illustrare, quæ nota sunt, quæque vel ex modica temporum horum scientia facili superque declarantur. Omne jus enim sua se simplicitate commendabat, & ita erat ingenio populi accommodatum, ut ad hoc unum: *Quod scilicet Germani non sint nisi a Paribus judicandi:* tota causa referri possit. Et sunt inde Judiciorum, quæ proprio Germanorum sermone licet appellare: *Eigengerichte und Frei-gerichte:* origines repetendæ: Ea vero judicia, quæ loco posteriori posueram, pro status rerumque diversitate dupliciterum generis habebantur, inferiora scilicet & superiora. Nec deerat hoc modo cuique homini libero suus *Judex*. Reus enim, si tanta forsitan dignitate fuerit, ut *Judicium Centenarium (Centgericht)* declinare liceret, Comitis tamen tribunal (*Grafending*) adire oportebat, Optimatibus <sup>a)</sup> tandem et Potentioribus facultas appellandi <sup>e)</sup> supererat, & Missi Regii jus dicebant, & Rex ipse.

a) Conf. locus ex Concilio Aquisgranensi II. Tit. 3. C. 3. pefitus; apud OHLENSCHLAGER in der Erläuterung der G. B. p. 236. ubi Rex *Judex Judicum* nuncupatur.

b) & c) Capitular. Libr. 5. 204. Capitul. III. in Additam. IV. apud BALUZ. Tom. I. Capitul. L. 5. C. 243. & SENKENBERG de Evolutionibus C. I. §. IV.

d) Cf. KOPP in der ausführlichen Nachricht von der ältern und neuern Verfassung der Hessischen Gerichte. §. 172.

e) Cf. GRUPEN de Origine & Progressu Judiciorum Curiae. §. II.

## §. i. V.

Subsecutis quidem temporibus nomina mutata, sed eandem doctrinam habemus. Rex enim adhuc <sup>f)</sup> fons Juris erat, & in omnibus, cujuscunque fuerint ordinis, Judiciis, ipsius tantum nomine Comites Ducesque jurisdictionem exercebant. Unde facile patet, Regem, si fuerit ab inferioris conditionis homine Illustrior quis in jus vocatus, competentem Judicem semper fuisse. Erat autem hæc instituti ratio, ut, si Comes reus agebatur, in ipso quidem <sup>g)</sup> Comitis Judicio, sed absente nunc Comite, coram Vicario (quem Schultheis sive Vicecomitem nominabant) Comitis, cumque Comes Regis loco esset, personam ipsius quoque Regis sustinente, lis ventilaretur. Quid? quod ipsi Reges, ne Rei simul et Judices essent, eadem utebantur consuetudine. Cuius memorabile exemplum prostat in HARPRECHTII Staatsarchiv, P. I. p. 35. Verbi hæc: Als im J. 1353. Kaiser Karl der IV. in Klagsachen Vogtens von Hunolstein wider Johann Grafen zu Sponheim nebst verscidenen Chur- und Fürsten zu Gericht gesessen, und zufälliger Weise Pfalzgraf Du-precht auf der Churfürsten Freiheit, daß kein Lehmann von Ihnen vor ein anderes Gericht zu zihen seye, sich berufen, so ist der Kaiser auf Erinnern von Chur-Cöln, daß hierunter das gemeinsame Churfürstliche Interesse vorwalte, um nicht als Richter in seiner eigenen Sache zu erscheinen, von der Richter-stelle abgetreten, und hat den Stab Herzogen Ladislae von Lescben übertragen, worauf auch eine Remissoria an das Chur-pfälzische Hofgericht erfolget.

f) Ita

f) Ita in voto quodam ab Electoribus Principibusque puncto justitiae  
dato 1467. omne jus & omnis jurisdictio Cæsari vindicatur. Freib.  
v. HARPPRECHT in Staatsarchiv. I. Th. p. 71. & apud KLOCKIUM  
in Votis Cameralibus p. 60. Cæsar nuncupatur: Obrister Richter  
und rechter Ordinarius.

g) Cf. KOPP von den Hessischen Landgerichten. I. Th. §. 206.

§. VI.

Neque caret dubio, Potentiores Optimatesque Germaniae,  
nisi Regem ipsis Judicem constitutere licuerit, juribus usuros  
fuisse, quæ ne Cæsari quidem patrii mores concedere finunt. Enimvero ante, quam Superioritate territoriali Principes gau-  
debant, sumمام iu Imperio jurisdictionem Regi nemo quis-  
quam facile negaverit. Sed posterioribus quoque temporibus,  
quibus Regis in Germania potestatem circumscriptam, Princi-  
pesque, qui tanquam ministri jus in territoriis suis dixerant, ad dominatum adspirare, proprioque jure jurisdictionem exer-  
cere deprehendimus, non in litibus tantum, in Principes inten-  
tis, sed in causis etiam non nisi subditos hisce Potentioribus  
Cives respicientibus, eundem, qui fuerat, summum Iudicem  
Imperatorem habemus. Supererat quidem mutius inter Regem  
& Principes nexus, nec, aucta Statuum potestate judiciisque jure  
proprio habitis, vinculum solutum fuisse, credibile videtur. Sicut  
enim Reges olim omnibus, quos adierant, locis jus dicere so-  
lebant, cunctasque causas & novas & indecisas h) judicare po-  
terant;

terant: ita mutatis jam rebus, concurrentem i) cum Statibus jurisdictionem salyam habebant.

h) Conf. Speculum Saxon. L. III. Art. 60; Kopp von den Hessischen Gerichten. §. 319.

i) Conf. Sächs. Landr. P. 3. Art. 26. & 60. „Der Kunig ist ges  
„meyne Richter überall. und „in ewelke stat die Kunyng kumt  
„binnen deme Riche, dar is yme ledich Munte unde Tole. Und in  
„swell Land her kumt. do is yme ledich datz Gerichte. Datz  
„he wol richten mut alse de clage, de vor Gerichte nit begunt  
„noch nit gelent.“ Posset adhuc pro concurrente Cæsarea juris-  
dictione documentum ex HARPPRECHTII Staatsarchiv P. I. §. 34.  
adduci: & in ipsa Ordinatione Judicij Rothvilensis Aulici con-  
firmatur hæc concurrens jurisdictio. Conf. WEHNER ad Ordin.  
Rothwil. P. 2. §. 1.

### §. VII.

Et ita verso rerum ordine, ut Statuum auctoritas in judi-  
cando cresceret, Cæsaris autem jurisdictio minueretur, vetus  
Judiciorum forma conservabatur. Verum enim vero priscis illis  
temporibus, quibus Aulica Ducum Judicia Regis nomine habita  
existeant, Rex nullam ab istis item avocavit, nec ambulan-  
tis per Germaniam cum Cæsare Judicij Aulici ea fuit auctoritas,  
ut, nisi fuerit iustitia denegata, caussas in aliis foris agendas suo  
tribunali vindicare posset. Ad eundem nunc modum Evoca-  
tionibus non nisi iustitia denegata locus. Cumque moris olim  
est

esset Germanorum, ut, quando Rex cum Suis in provincia Ducis habitabat, in Aula Regia judiciorum strepitus audiaretur, & Cæsarea jurisdictione exerceretur: ita, publice si fuerit indicta Curia, <sup>k)</sup> filecentibus Principum judiciis, coram Regis unius tribunalii omnes omnium causæ ventilabantur. Quæ quamvis ita comparata fuerit & judiciorum & litium conditio, casus tam quosdam jurisdictione Principum exemptos, Regique tantum, vel Ipsius, quod vocabant, Cameræ & Aulæ Judicio reservatos invenimus. Potentiorum quidem, quos nomine des hōheren Adels appellant, in provincia caussæ <sup>l)</sup> cumulative Regi vindicante; verum, si de bonis omnibus, honoribus & vita agebatur, eo jure utebantur Germani, ut, sive fuerit in provincia Ducis sive extra provinciam caufsa decidenda, non nisi Regiam revererehantur jurisdictionem. Quamobrem Fridericus II ann. 1235 propria lege rem definire voluit: "dass der Reichshof haben solle einen Hofrichter, der ein Freimann seye: der solle an dem Amt bleiben zum mindesten ein Jahr, ob er sich recht und wohl daran hält: der solle auch alle Tage zu Gericht sitzen ohne den Sonntag und alle heilige Tage und solle allen Leuthen richten die Thyme klagten von allen Leuthen, ohne von Fürsten und andern hohen Leuthen, wo es geht an Ihren Leib und an Ihr Recht an Ihr Erb an Ihr Leben, das wollen wir selber richten."

K) Cf. duas Friderici II. Constitutiones d. ann. 1220 & 1232. & Per Illustris PÜTTER in der Entwicklung. I. Th. p. 205.

l) Cf. SENCKENBERG von der Kaiserlichen Gerichtsbarkeit. §. 9.

## §. VIII.

Cæterum Principes, quamvis de summa Regis in judicando potestate nullum supereisset dubium, patriis moribus inhæsisse, Judicemque Reo nobilitate parem semper postulasse, patet ex sacrosancta Judicij Principum observantia solemnibusque Potentiorum citationibus <sup>m)</sup>. Cuius rei testem adhibeo *Londorpium* in act. publ. P. I. L. I. p. 26. "Ob man einen Fürsten fürbiete „umb Spruch, es wäre umb Geldschuld oder andere Güter, „die nicht Lehen seyn, daß alsdann das Fürbott auch und zwar „nur einmahl per vasallum inferioris conditionis geschehen „möge." Verum, quicquid de moribus hisce statuerint, Optimates tamen, re bene perspecta, conveniri potuisse, convenitosque Regi obtemperasse, nemo facile negaverit. Sed ne verbosus nimis fiam, documentis ulterioribus supersedeo, quibus forum suum coram Rege Principes fortitos fuisse, sole clarius eluceret: & pauca tantum de Appellationibus & Evocationibus, rem nostram multum illustraturis, verba facio.

m) Quid? quod Nobiles — sed *Immediati* — non nisi a Cæsare judicari potuisse videntur. Documentum extat de anno 1473, apud SENCKENBERG von der Kaiserlichen Gerichtbarkeit nr. 26. Wo Leonhard von Stain, der einen Stattschreiber zu Gieberach, Matthaüs Rennger iniurirt hatte, sagt, "ob das aber mit Recht an „das Ende mit gewyset sollte werden, des er doch mit hoff, da sige „er ain Edelmann und ain Dienstmann des hailligen Rîchs und ge- „höre an alles Mittel wir den obgenannten unserren allergnädigsten „Heren den Romischen Kaiser der sige sin ordentlicher Richter, und  
wir

„wir und das Hofgericht zu Nottwil haben auch nit Zeit über in  
 „zu sprechen — Darum fragtten wir die Urtailsprechere des Hofge-  
 „richts der Urtail und des Rechten, die haben darauf mit gemainer  
 „gesammten Urtail als Recht ist, erteilt und die Sach mit ihrem  
 „Spruch gehoben und gewyset fur den obgenannten unserem alter-  
 „ghedigsten Herren den Romischen Kayser.“

### §. IX.

Fuit autem ex priscis moribus ea judiciorum ratio, ut om-  
 nes caussae forum suum competens sortirentur, nec nisi propter  
 iustitiam denegatam Evocationes concederentur; quæ, quando  
 facturum id, quod debebat, Judex pollicitus fuerat, statim  
 ipso jure cessabant. De iis autem, quæ in eadem provincia  
 contingebant Evocationibus aliter vism. Rem enim si recte per-  
 penderimus, in concorrente Cæsarea jurisdictione fundamentum  
 positum deprehendemus. Neque tamen inficias eo, sensim  
 sensimque Reges extra provinciam evocandi, fecisse periculum;  
 & quamvis in sua tantum provincia Germanus civis judicari  
 vellet, summam jurisdictionem Cæsaream nihilominus ita fuisse  
 auctam invenimus, incremento ingenti, ut secundum commu-  
 nem in Germania consuetudinem non intra tantum, sed extra  
 quoque provinciam locus esset Evocationibus, Statibusque, jure  
 ipsorum imminuto, nonnisi pacis fese tuendi, sive, quod me-  
 lius videbatur, Cæsareorum privilegiorum, quibus autem de-  
 negata iustitia semper excipiebatur, auctoritate sibi providendi,  
 consilium supererisset. Constituta quidem Superioritate territoriali

Statuum, tanta providentia non opus fuisse videtur. Sed tan-  
tum abest, ut, quæ sit in Superioritate territoriali vis propriæ  
que jurisdictionis auctoritas, Principes cogitasse reputandi sint,  
ut potius vigore concurrentis Cæsareæ jurisdictionis assuefacti,  
jure quidem proprio & hereditario, sed Regis tamen nomine lo-  
coque, causas subditorum sibi Civium dijudicare posse crederent;  
neque, litibus evocatis, de violata Superioritate territoriali,  
verum, *quod iustitiam*<sup>n)</sup> hanc denegassent, quererentur, promi-  
terentque, nunquam denegatum iri, si Privilegium de non  
Evocando Rex ipsis concederit.

n) Propter denegatam *Justitiam* non Cæsareæ tantum jurisdictioni  
locus erat; sed omnia, cujuscunque generis fuerint, Iudicia, ci-  
vilia & ecclesiastica, jus dicere poterant, & vires auxilio vocari.  
Cf. Kopp 1. c.

#### §. X.

Apparet ex his, quæ dicta sunt, in natura Judiciorum  
nihil, sed in nominibus aliquid mutatum; &, si Caro-  
lingorum ætatem, Magnorum in Germania Ducum secula, for-  
matamque post Statuum Superioritatem territorialem examina-  
verimus, eundem revera statum, mutuumque Regem inter &  
Principes vinculum, paremque subditorum Principibus Civium ad  
Cæsarem relationem manisſe, neque, parta Superioritate territo-  
riali, Germaniæ Principes limites, a Regibus olim positos, mi-  
grasse, invenimus. Superiorem enim semper agnoscebant Ju-  
dicem,

dicem, & maxime tum, cum rei a Subditis agerentur, eodem modo summam hujus Judicis auctoritatem reverebantur, quo factum, quando Ipsi nunc subditi homines communem Judicem Cæsarem habebant, nec dum in Potentiorum clientela esse censebantur. Et erant sane mores ævi veteris ita simplices, ut fictionem, *quasi sit a Subditis suis conventus Princeps loco privati hominis habendus, & Consiliarii jure jurando solutis, in administranda iustitia nulle difficultates cogitari possint*, ad tantam simplicitatem vix liceat accommodare. Multo minus autem ex consuetudine olim servata, Duces coram suis Comitibus Palatinis conveniendi, peti poslunt in contrarium argumenta, cum Comites Palatinos nomine tantum locoque Regis jus dixisse, nemo facile negaverit.

## §. XI.

Appellationum eadem ratio fuisse videtur. Quamvis enim Germania vetus nomen ignoraret, re tamen utebatur, &c: “*Ur tel Schelten*”): vocabat. Ante quidem quam Juris Justinianei scientiam ex Italia Nostrates petierant, rariorem usum fuisse, vero videtur simile. Sed, si casus appellandi datus fuerat, Principes, post partam adeo Superioritatem territorialem, ita faciles habemus, ut Cives sibi subditos, quibus appellandi periculum faciendum, ad Civitatum non nisi Regi subjectorum judicia, *Schöppenstühle* dicta, ablegarent: Donec, formata magis magisque Superioritatis territorialis notione, aucta legum

Ro-



Romanarum auctoritate, institutisque per provincias Judicis Aulicis, hujus generis appellations abolebantur <sup>1)</sup>. Summam vero Cæsaream jurisdictionem in appellando semper viguisse, satis ex forma priscorum Judiciorum moribusque patriis evincitur, & ex Aurea Bulla potissimum demonstratur; quam si recte examinaveris, Subditos tantum in appellationibus fuisse comprehensos, & ad eorum tantum causas privilegium de non appellando, Principibus a Carolo IV. datum, accommodari, nullum est dubium. Testem autem hujus interpretationis habeo *Friedricum III.* Imperatorem, anno 1451. per Judicii Cameralis sententiā Aureæ Bullæ dicta sic declarantem <sup>2)</sup>: “Sindtemahl unser vorgenannter Oheim Herzog Friderich und Marggraf Jacob der Pfalz Undertan und Undersassen nit weren, und das vorgemeldt Capittel der Guldin Bulle in im selbs aufgelegt und interpretirt ist, die Freiheit zu verstan, allein gegen denen, die der Pfalz Undertan und mit Hause in der Pfalz Landen gesessen seind, das dann die Sach nit solt geweisst, sondern vor unsrem Königlichen Cammergericht berechdet werden.” Crebriorum quidem & Evocationum & Appellationum origines ab Italicae Scholæ Jureconsultis, qui Romanorum Imperatores in Germania querere, Regumque Teutonicorum potestatem ex legibus moribusque Romanis metiri studebant, peti, nullus dubito. Et erat fane res novas molientium licentia tanta, ut Carolus IV. malo increcenti leges opponere meditaretur. Cumque Capite jam Aureæ Bullæ octavo Bohemis sue amatissimæ privilegium de non Evocando concessisset, & idem jus de appellationibus

sta-

statuisset, reliquos etiam Principes potentiores, ne nimis partium studio laborare videretur, ad eadem jura vocare debebat, & in litibus Civium ipsis subditorum ab Evocationibus & Appellationibus Judicia Principum noviter instituta tueri. Tantum autem abest, ut statim hoc jure Principes usi fuerint, ut potius subsecutis demum seculis Electores novis de non appellando privilegiis sua tribunalia firmare, judiciorumque libertati providere videamus.

---

o) Conf. Sächs. Landr. I. II. Art. 12. "Schilt man ein Urtheil, so soll man es vor den höchsten Richter ziehen, und zulezt vor den König." & Schwäb. Landr. c. 106. "Und ist, daß man einem Mann ein Urtheil widerwirft, die soll man ziehen an den höhern Richter, zulezt für den König."

p) Cf. GRUPEN de Judiciis Provinc. §. XXI.

q) Cf. v. HARPPRECHT Staatsarchiv P. I. in den Beylegen nr. XXIX.

---

### §. XII.

Reliquum est, ut de foro austriægali, cuius in re judicia-  
ria magna vis, verba faciamus. Origo vetus & ex judiciorum  
vitiis Germaniæque perturbationibus, maxime post Friderici II.  
ætatem infuscatis, repetenda. Mos enim increbuerat, ut salus  
in armis quæreretur, plurimæque Principum lites bello potius,  
quam Regis judicio, deciderentur <sup>1)</sup>. Sicut autem bella fere  
omnia tertius interveniens extinguit & utramque partem ad  
pacis

pacis conditionem adducit: ita frequentur evenit, ut lites Principum privatas tertius ambo bus benevolus Princeps compонeret, pacemque sine judiciorum strepitu redderet. Nec improbabile videtur, proprio quandoque motu partes longo certamine fatigatas arma abjecisse aut, priusquam certamen institueretur, rebus suis providentes, bello pacem anteposuisse, causâ per amicabilem transactionem finita. Quem quidem exitum faciliorem existimo, quam si manum conferuisserit litigantes, vel, incerta spe, Judicium Principum appellassent, ambagibusve longis Judicem Aulicum auxilio vocassent. Et erant pacis hoc modo composite tot exempla, tanta que consuetudinis hujus auctoritas, ut istis temporibus paucas Judicii Aulici sententias, arbitria vero plurima inveniamus.

r) Cf. Perill, PÜTTER in der Entwicklung. P. I. p. 212.

### §. XIII.

Cæterum rebus ita comparatis, Imperii caput inter & menbra, Regem Statusque, nec non subditorum Principibus Civium & ipsorum Principum ratione habita, nihil, si naturam Judiciorum formamque caufarum transtandarum inspexerimus, mutatum; superfite summa Regis jurisdictione. Quamvis enim, potentiores Imperii Civem & Principem inferior si convenire voluerit, primo statim loco Regem haut amplius adire posset, sed forum austrægale prius fortiri deberet: tamen

non

non nisi de voluntaria compositione actum, & amicabilem Actori valde proficiam transactionem tentatam fuisse, deprehendimus. Postea quidem forum hoc austragale legibus definitum, maximoque Principum favore firmatum legimus. Verum, licet esset instituti ratio Principibus gratissima, conditio Civium Subditorumque nullo modo deterior reddit, nec Potentiorum aucta fuit; ita, ut in prima (sit venia verbo) instantia Rex implorari posset, & ex Ordinationis Cameralis<sup>s)</sup> 1495. conditæ tenore appellationem interponere liceret, & ad Judicium Cæsaris Camerale provocare.

<sup>s)</sup> Cf. Ord. Camer. d. A. 1495. §. 28 & 30.

#### §. XIV.

Primo quidem obtutu mireris, in Ordinatione Camerali d. A. 1495. non nisi de Austragis Electorum & Principum inter se posteaque de modo quæstionem fieri, quo Prælati, Comites, Dynastæ, Equites, Nobiles, sive Civitates Imperii liberæ Principem Electoremque & Principibus dignitate Parem convenire debeant. Sed silentio probari nihil, exempla demonstrant. Licet enim v. g. ex Pace Publica (Landfrieden) per Imperatorem Albertum II. Anno 1438 condita, quedam tantum capita profera & corrigat Ordinatio Cameralis d. A. 1495, plures vero de re iudicaria multum merituros articulos omittat: tantum tamen abest, ut, quia mentio non facta, usum eorum aut ra-

C

rissimum



rissimum aut plane nullum conjicere fas sit, ut potius magnam  
in illustrandis posterioribus locis auctoritatem statuere debeamus.  
Ad eundem fere modum a veritate multum aberrarent, qui-  
bus, cum Ordinatio Cameralis d. A. 1495. de Civibus & Sub-  
ditis nihil definiat, ab ipsis Principes coram Austrægis conve-  
niri non potuisse, propter hoc silentium persuaderetur. Neque  
magis eorum sententia toleranda, qui, quoties vetus institutum  
verbis haut exprimitur, abrogatum esse nova lege longam  
consuetudinem, &, ut in quæstione proposita persistam, in  
locum summæ jurisdictionis Cæsareæ territorialem successisse,  
reputaverint.

---

### §. XV.

Nec omnino dubitandum, ante, quam Judicium Camerale  
Anno 1495. institueretur, Subditis Imperii mediatis, si quidem  
Principes ipsos in jus vocayerint, forum austrægale observan-  
dum fuisse. Testem pronuncio Gerhardum, Iuliaci & Montium  
Ducem, cuius in diplomate perpetui feederis cum Carolo Bur-  
gundo in arce Meydeken Anno 1473. contracti verba reperiun-  
ti hæc: t) "ob einige Zweyung oder Span zwischen gedachten  
„unserem Oheim dem Herzogen zu Burgund und uns oder seinen  
„Erben und Nachkommen und deren Unterthanen wider uns ent-  
„stünde, so haben wir zu Hinlegung Entschied und gütlicher Ver-  
„gleichung solcher Zweyung und Spans geordnet und über kom-  
„men, ordnen und überkommen auch mit diesem Brief, daß ein  
„Jeder

„Veder an uns, so oft das vornubiken seyn wird, zwey  
 „Rathsheren, aus unserm Rath us sondern Ort und  
 „Tag, durch den Klagenten in Monats Frist zu ernenn  
 „nen, schicken soll. Es soll auch der Klagent alsbald  
 „aus dem Rath des Herrn Beklagten nennen und erweh  
 „len ein gemeinen Obmann, welchen“.

Videtur autem consuetudo, convenienti coram Austrægis, ita communis & ad indeolem judiciorum istis temporibus habitorum sic accommodata fuisse, ut rem de Civibus quibuscumque, nec sū tantum, qui Principem sibi non imperantem, sed suum quoque Dominum convenientissent, intelligi recte putem. Neque conjecturam eorum improbabilem censeo, quibus Judicij austrægalis coram propriis Consiliariis accipiendi, originem a causis inter Principem proprios que Principi subditos Cives ventilatis repetere placet, & aucta post auctoritate, lites quoque Principum a Civibus in aliena ditione constitutis conventorum huicce foro subjecere. Prima enim instituti Judicij Cameralis ætate summam Cæsaris iurisdictionem in usu quotidiano fuisse, dubio caret omni; neque Romani Juris peritos juribus ex Superioritatis territorialis vera notione deriyandis, in detrimentum Regiæ potestatis, taciturnitate sua consensisse, vero videtur simile. Neque, quod in Ordinatione Camerali deprehendimus, silentium de Civibus & Subditis in jus austrægale Principes vocaturis, fanam interpretationem respuit. Enim vero nihil impedit, quominus Ordinationis Cameralis prima Conditoribus omnem fori austrægalis utilitatem in Reos redundare, persuasum, & propterea eos tantum

Actores descriptos fuisse, credamus, quorum voluntas, Regem statim adeundi, probabilis; necessitas autem, coram Austragis sive conventionalibus sive legalibus Principes conveniendi, dubia videri poterat & debebat. Aliter autem de conditionis inferioris hominibus propriisque praesertim Subditis visum. Eodem enim jure, quod Potentioribus scribebatur, ut debuisse, nec amplius tribunal Cæsaris aut Camerale Judicium statim implorare potuisse, vix ambigendum est. Posterioribus legibus etiam his provisum, & in Ordinatione Camerali Anno 1500. condita, Tit. XI. ita prescriptum fuit: "Dass auch Bürger und Bauern hinführer gegen Fürsten und Fürstmaßigen, denen sie nicht unterthan sind, in aller Maas Rechtsfertigung üben und brauchen sollen, wie in dem Artikel obgemelde Ordnung von der Rechtsfertigung der Grafen, Herren, Ritterschaft und Reichsstädten gegen Fürstmaßigen geschrieben steht." Tandem, ne dubii quid de propriis superesset Subditis, imperavit Ordinatio Cameralis d. A. 1555. P. II. Tit. IV. §. 21. "und sollen solche Austräge der Prälaten, Grafen, Herren, Ritterschaften und Städte in aller Massen wie die obgesetz, auch mit den Bürgern, Bauern und Andern Unterthanen gegen den Fürsten und Fürstmaßigen statt haben, und wie obgemeldt, gehalten werden." Quam legem si recte perpenderimus, non nisi consuetudinem diuturnam expressim nunc imperatam habebimus, & de propriis tantum Subditis, voce "und andern" Unterthanen comprehensis, sermonem fieri, inveniemus.

t) Cf.

t) Cf. PFEFFINGER, ad Vitriar. Tom. IV. Tit. V.

u) Ita rem expediri, patet tam ex additione: *Andere Unterthanen:*  
qui quidem, si in iis jam comprehenderentur, quos: *Bauern:*  
appellamus, inutilitate verborum laboraret Constitutio. Sed in  
Recessu quoque Friderici Wilhelmi cum Statibus provincialibus Cli-  
vienibus Anno 1649, convento, de *propriis* tantum Subditis Ordin-  
atio Cameralis intelligitur; verbis: “so wohl ausländischen  
Partheyen, als Unterthanen. Vide infra. §. XXI.”

### §. XVI.

Sunt quidem Interpretes, qui, quando Princeps a Civibus  
ipsi subditis conveniatur, in caussis quibuscumque forum Rei  
proprium primum competere putent, & hanc sententiam non  
communi tantum Germanorum consuetudine, sed novissimo quo-  
que Recessu Imperii §. 105. & 106. stabilient; quem non nisi  
de Judiciis territorialibus (*Landesgerichten*) intelligore liceat.  
Sed cum provocetur ad communem Germaniae consuetudinem,  
*qua probanda prius*; cumque, si de primis instantiis sermo fit,  
austrægale v) forum facile conjiciatur, neque vis interpretatione  
Recessui inferatur, cur territoriale judicium Austrægis  
substitui debeat, haut video. Neque suadet aliud Ordinationis  
Cameralis d. A. 1555. P. II. T. 28. §. 1. & Tit. VI. §. 3. clau-  
sula, qua provocationibus ab austrægali judicio interponendis  
interdictum videtur. Tantum enim absit, ut ab Austrægis  
ad summum Imperii tribunal aditus in æternum praehalus sit,  
ut potius Regulam, qua provocatur, Exceptio firmet, & primis  
instantiis forum austrægale vindicet.

v) Ca-

v) Caspar Koch ad Ord. Cam. P. 2. Tit. 4. de prima instantia loquitur, & sine dubio de Austrægis cogitat. Conf. Nota y) infr. pag. 26.

### §. XVII.

Facile possem dicta multis exemplis illustrare, longaque sententiarum Cameralium serie forum austrægale Principum a Subditis conventorum probare. Sed cum veritas ex præjudiciorum auctoritate non elicatur, verbosus haut ero. Tamen ne deesse videar occasione, competentium olim in hac causa Judicum opinionem audiendi, Judicii Cameralis ipsius testimonia quædam afferro. GYLMANNUS quidem in Symphorem. Tom. III. p. 55. testatur, Subdito cuidam, qui Dominum in Camera statim convenislet, processus denegatos, Actorique, Reum coram Consiliariis Principis conventi propriis, sed tanquam Judicibus austrægalibus, in jus vocandi, necessitatem injunctam fuisse; verbis: “*Ita judicatum in causa Schlauter contra Duces Barvarie, Item in causa Peter Lehren contra E. March. Badens. Et tandem anno 1541. in causa Renthofen contra Episcopum Spirensim.*” Et in alio ejusdem GYLMANNI loco, Symphorem. Tom. III. p. 22. eandem Judicii Cameralis sententiam invenimus. Aliud occurrit in Observationibus Ante Marillianis, Obs. XXXVII. monumentum, quo Subditos, si suum Dominum reum egerint, forum austrægale fortiri potuisse, luculenter patet. De eo enim tantum dubitabatur, *utrum Actor Consiliarius*

*Prin-*

Principis conventi propriis, Austragorum loco judicantibus, parere  
 necessario debuerit: "Decisum itaque, Principem probare debere,  
 se hoc jus ex consuetudine vel ex usu habere; & per usum lon-  
 giorum electionem auctori ademptam". Ita pronuntiatum die 29.  
 Dec. 1564. in causa Mulichs contra die Herzogen zu Sach-  
 sen. Senneberg c. Sachsen: & Isaac Juden c. Brendel  
 Burggrafen zu Friedberg. In idem plane consentiunt GAILIUS  
 in Observationibus Libr. I. nr. 19, & MYSINGER Cent. I. Obs. I.  
 "Altercatum quoque fuit in dicta Camera, num Subditus vel alius  
 quidam privatus non immediate Imperio subjectus Principem Im-  
 perii convenire volens habeat prescripta Ordinationis Camerae re-  
 media sc. der Austrage: Vel Princeps requisitus possit cogere  
 hoc casu Subditos, ut coram suis Consiliariis desuper deputatis  
 (als der 9. Rath) agant? & an actores hoc remedio con-  
 tenti esse debeant, vel uti possint aliis Ordinationis remediis? Et  
 post longam disputationem decisum tandem fuit, Principe teneri  
 probare, se hoc jus ex consuetudine vel usu habere, quod tali  
 casu talique modo coram suis Consiliariis conveniri debeat & quod  
 Elecio penes Actores non sit, was sie sich sonst für eines  
 Austrags der Ordnung gegen ihn gebrauchen wollen:  
 Ita pronuntiatum fuit 19. Dec. 1564. in causa Wolfgang  
 Mulichs contra Job. Frid. Ducem Saxonie & Consortes; nec  
 non ante & post in quam plurimis causis". Tandem Vir rei  
 Cameralis peritissimus DECKHERR in Vindiciis Tit. XXVII. nr.  
 167. 68. 69. ita pronunciat: "Reffissime & sua experientia  
 digna censuit GAIL, rationem diversitatis, cur Princeps a suis  
 Sub-

„Subditis conventus solus: Personae inferiores vero non, austragias  
habeant, in eo consilere.“

§. XVII.

Quæ cum tanta fuerit fori austragalis auctoritas, consuetudinem quoque longo usu introductam & servatam, Principes scilicet ut reos coram propriis ipsorum Consiliariis conveniendi<sup>w</sup>, non nisi de Judicibus austragalibus intelligendam esse, valde probabile videtur. Neque, si Principes, antequam Cæsareum adiretur tribunal, coram suis Arbitris judicium accipere debuisse probaverimus, negandum est, Germania Principes tum, cum proprii Subditi Reos agerent, vi Superioritatis territorialis & interatae consuetudinis auctoritate coram suis tantum Consiliariis forum sortitos facisse; suasque lites Judicibus quidem propriis, sed Austragorum loco habitis, submittere potuisse, nihil haber omnino dubitationis. Et videtur quidem hic austragalis fori modus, cuius a propriorum Subditorum litibus origo repetunda, ita placuisse <sup>\*)</sup> Principibus, ut, cum secundum Pacem Publicam ab Alberto II. conditam, Principes hoc uterentur jure, idem Ordinatione Camerali Anno 1495. constituta de litibus inferiorum adversus Principes agendis statueretur, & Anno 1521. repeteretur <sup>y</sup>), licet Comites Dynastæque & Equites multum de re fuisserent conquesti, præterque formam, coram novem Consiliariis conveniendi, & alios austragalis fori modos obtinuissent; ea tamen lege, ut, si consuetudine pacto modus quis

quis definitus fuerit, optionem non amplius liberam existimare oporteat. Rebus autem ita comparatis, de cauiss Subditorum, quorum quidem in Ordinatione Camerali d. A. 1500. mentio fit expressa, quos autem in ea, quæ Anno 1521. condebatur, Ordinatione prætermisso invenimus, nec in eandem cum Prælatis, Comitibus, Dynastis & Equitibus octo modorum societatem acceptos legimus, nihil immutatum fuisse, antiqua, forum australe coram Principis Rei Consiliariis fortendi, consuetudine superstite, satis patet. Tandem autem & hisce provisum. Si quidem per Ordinationem Cameralem Anno 1555. constitutam P. 2. Tit. IV. §. 18., und sollen solche Austrage der Prælaten, Graßen, Herren, Ritterchaften und Städte in aller massen wie die obgesetz, auch mit den Bürgern, Bauern und andern Unterthanen gegen den Fürsten und Fürstmässigen statt haben, und wie obgemesde gehalten werden, imperatum fuit, ut non Cives tantum in aliena potestate constituti, quorum fit in Ordinatione Camerali d. A. 1500. verbis: fremde Unterthanen: mentio, sed proprii quoque Principum conventorum Subditi, nomine: ~~andere~~ Unterthanen: insigniti, eodem, quod Prælatis, Comitibus, Dynastis, Equitibus, Civitatibus Imperii immediatis concessum fuerat, jure gaudere possent & deberent.

w) Cf. Pax Publica (Landsrden) Imperatoris Alberti II. d. A. 1438.

x) Videlicet omnino modus hic australe forum fortendi tanquam prærogativa consideratus fuisse; ita v. g. Civitas Wormatiensis Anno 1514. Privilegium Austragis utendi petiit, „dass wo jemand und

„Spruch, Klag oder Forderung zu und gegen Burgermeister und Rath gegenwärtig und zukünftig haben würde, alsdann die Klage vor 9 gesetzten Commissarien aus dem Rath, die ihrer Pflichten desfalls entlaufen seyen, geschehen sollte.“ Conf. v. HARPPRECHT Staatsarchiv 3 Th. S. 147.

y) In Ordinatione Camerali d. A. 1521. inter conquerentes Status Praelati Civitatesque non inveniuntur: sed in Ordinatione d. anno 1555. Etiam in Comitiis Augustanis 1548. videntur in societate Comitum suis. Caspar enim Koch ad Ordinationem Cameralem P. II. Tit. IV. testatur, omnes Comites Praelatosque, justitiae coram Austregis male administrandæ suspicione injecta, Privelegio renunciare voluisse, sed Principes Seculares obstitisse; verbis: „Cum ego (Casparus Koch) in Comitiis Augustanis anno 1548. essem, vidi, ubi omnes Praelati & Comites volebant renunciare primæ instantiæ, videntes, hoc privilegium iniquum esse, ita, quod nemo polliceri posset, se unquam contra adversarium quicquam, mediante hac instantia, impetrare posse; orantes interim enixe Imperatorem, ut is ageret apud Principes, quo illi quoque huic perniciose juri & privilegio renunciarent; ut scilicet aequalitas observaretur & omnibus aequaliter jus esset. Quod quamquam Cæsar maxime sollicitavit & cupivit, tamen Principes, præfertim seculares hoc facere noluerunt; quo jure? Deus novit. Ecclesiastici vero Electores hoc libentissime fecissent, si alii quoque Principes eis subscriptiissent.“

### §. XIX.

Cæterum, quamvis expressa lex optionem liberam reddat, valde probabile videtur, Subditis Dominos suos reos agentibus,

bus, non nisi eum austrægalis fori modum, quo Consiliarii Principis federent, obtigisse, longamque consuetudinem jure scripto potentiores fuisse. Principes quidem, ab inferioribus conventos, hoc privilegio semper gavilos deprehendimus; cumque precibus Comitum & Prælatorum annuerent aliquatenus, justitiæque male administranda suspicionem removere conarentur, tantum abest, ut prærogativo suo, judicium austrægale accipiendi modo renunciaverint, ut potius in Ordinatione Camerali d. A. 1555. P. 2. Tit. VI. §. 3. confirmatum legamus. In litibus quidem Subditorum Principes hoc jure semper usos fuisse, vix dubitem. Sed nihil immutat hæc consuetudo, forumque, quod ab initio fuerat *austrægale*, manet, nec in jurisdictionem territorialem abit. Et quamvis multæ sint in Germania provincie, ut Austria, Bavaria, Saxonia, terræ Brandenburgenses, Pomerania, Ducatus Brunsvicenses, Episcopatus Hildesiensis <sup>z)</sup>, in quibus unum ex octo modis eligendi Subditis non amplius facultas competit: noveni tamen Consiliarii, <sup>co-</sup>ram quibus cauſas suas agere necessario debent, Austrægarum loco habendi sunt, neque potest in detrimentum Cæsareae jurisdictionis, cujuſ in austrægali judicio vigor supereſt; in casibus hisce Superioritas & Jurisdicſio territorialis in auxilium vocari. Nec nocet Clausula “doch einem jeden” Ordin. Cam. Tit. 28. P. 2. §. 1. Nisi enim in una aliave regione consuetudo, *qua probari debet*, provocationem ab Austrægis ad summa Imperii iubinalia sustulerit, manet Cæsarea jurisdictioni sua vis, neque privilegiū de non appellando videtur auctoritas tanta, ut

in

D 2

cauſa

causas ita coram Consiliariis tanquam Austrægis ventilatas appellatione liberare queat.

z) Cf. STRUBEN *Unterricht von Regierung und Justizsachen*, p. 76.

### §. XX.

Multo minus autem placet eorum sententia, qui, quod Principes coram propriis statim Judiciis suos Subditos convenire possint, nec ullam Austrægarum rationem habere debeant, idem de foro Principum a Subditis conventorum statuerint. Primum enim juris principium: *Ator sequitur forum Rei*: conclusionem hanc irritam reddit: cumque jus, Austrægis utendi, non nisi ad Cives immediatos Imperii pertineat, idem privilegium cum Mediatis nullo modo communicari posse, satis apparet. Accedit, quod jam ante, quam Superioritas territorialis definiretur, in causis Subditorum Reorum Consiliarios Principum tanquam Judges deprehendimus, & ita rem ex veterum judiciorum instituto facile possumus expedire<sup>a)</sup>. Nec obstat eorum Statuum providentia, qui, licet ipso jure coram suis Consiliariis subditos sibi Cives convenire potuerint, consuetudinem hanc, ne posset unquam in dubium vocari, Cæfareis privilegiis firmare studebant. Erat enim hujusmodi privilegiorum usus olim ita communis, ut de juribus certissimis leges latae & consensum Imperatoris interpositum inveniamus<sup>b)</sup>. Sunt quidem, qui Juris Cameralis nimis studiosi, summis Imperii

tri-

tribunalibus jurisdictionem in caussis Subditorum sive Actorum  
sive Reorum omnibus, neque tantum, Principibus in ius vo-  
catis, vindicent. Ita BLUMIUS audet pronunciare: "Quod  
,, Princeps aliusve immediatus Status Imperii subditam suam uni-  
,, versitatem in Camera convenire debeat, nisi aliud consuetudine  
,, introductum sit." Et in Observationibus Ante MARILLIANIS  
ad questionem: "Princeps coram quo Judice Subdites suos  
,, convenire debeat?" respondetur: "Decisum in pleno Senatu,  
,, coram Camera & non Consiliariis, in Caussa Mayn[er] contra  
,, Erfurth, Braunschweig contra Braunschweig, Melle[n]burg  
,, contra Rostock." Quos quidem locos jam in Observationibus  
MYNSINGERI Obs. I. C. 1. deprehendimus, & GAI[us] L. I. Obs. I.  
nr. 18. adducere videtur. Verum nihil inde probatur. Historiam  
enim si consulueris, Civitates, quorum mentio fit, nondum  
Principibus subjectas fuisse, sed de Immediatitate potius disputasse,  
legimus; ita, ut exempla proposita silentio sint prætereunda.

a) Cf. Pax Publica Alberti II. d. Anno 1438. §. 12. 13.

b) Ita v. g. Joannes Elector Trevirensis ab Imperatore Friderico III.  
Privilegium obtinuit Anno 1458: "Das denselben gegönnet und  
„verlihen wird, Kraft dieses Briss, ob Er sein Nachkommen und  
„Stift von Trier mit einigen ihren Unterthanen, in was Stand,  
„Würden oder Wesen die wären, icht zu thun hätten, oder ic.— solche  
„vor seinen Landesgerichten zu belangen." Conf. LUNIG Contin-  
Spielleg. Eccles. p. 237.

§. XXI.

Etiam postea, notione Superioritatis territorialis magis magisque formata, Judicisque Aulicis, justitia melius administrandæ causa, per plures Statuum provincias institutis, eadem Austragorum ratione, cum Subditi Dominos suos in jus vocarent, & coram propriis Reorum Principum Consiliariis judicium acciperent, super fuisse videtur. Summa quidem Imperii tribunalia proprio nisi nihil Cæsareæ jurisdictioni derogare voluisse, nemo facile dubitaverit. Verum ne Principibus quidem in Judiciis suis Aulicis condendis animum, derogandi de juribus Cæsareis, fuisse, satis clara ex Seculis XVI. & XVII. repetenda docent exempla. Sic v. g. in Privilegiis Principatui Neoburgensi<sup>a)</sup> Anno 1554. per Electorem Ottomem Henricum concessis, Anno 1559. per Comitem Palatinum Wolfgangum confirmatis, & per Comitem Palatinum Philippum Ludovicum Anno 1573. declaratis & correctis, Articulus XI. his verbis utitur: „Würde jemand zu uns unsern Erben und Nachkommen „zu sprechen und zu klagen haben, der soll das thun vor unsern „Räten, vor denen sollen wir auch gerecht werden, laut des „Artikels in der heiligen Reichsordnung deshalb gesetz, mit Vor- „behalt uns auch unserm Widertheil die Appellation wie sich ge- „bärt und Recht ist.“ Quæ quidem Sacri Imperii Constitutio non nisi de Ordinatione Camerali, si posteriora comparaveris exempla, potest intelligi, & ad Austragas referri. Accedit Rescessus (Landtags-Abschied)<sup>b)</sup> inter Electorem Brandenburgensem Fridericum Wilhelmum & Status provinciales Clivenses A. 1649.

con-

conventus, quo Consiliarii novem caussas Subditorum, Principem reum agentium, judicaturi pro Judicibus Austragalibus accipiuntur. Verba sunt hæc: "Im Fall aber wie oder unsre  
 „Erben und Nachkommen oder unser Fiseus reus ist, als in  
 „Contracten, Schuldforderungen und dergleichen Handlungen es  
 „billig gelassen wird, und es seyn Verbleiben hat bey des H.  
 „Adm. Reichs Constitution und Abschieden, in specie bey der  
 „Kaiserlichen Cammergerichts-Ordnung d. A. 1555. P. 2. T. 4.  
 „wo selbst statuirt und verordnet wird, welchergestalt Grafen,  
 „Herren, Ritterschaft, Sterte, Bürger, Pauren und Untertha-  
 „then einen Thürfürsten oder Fürstmäßigen des Reichs zu  
 „Recht fordern und aus denen daselbst erfindlichen acht modis  
 „agendi einen modum erwehren mögen, doch weil sohane modi  
 „agendi sowohl ausländischen Parthen als Unterthanen theils  
 „beschwerlich theils kostbar seyn mögten, so haben wir vor uns  
 „und Unsern Nachkommen zu besserer Befürder und Fortsezung  
 „allerseits unparthenischen Justiz denselben gnedigst strengestellt  
 „und hmit freystellen, entweder einen modum aus angeregten  
 „acht modis agendi zu erwehren, oder aber ahu Unser oder Unse-  
 „rer Nachkommen statt Unsern Advocatum fisci vor obgemeldtes  
 „Hofgerichte citiren zu lassen, der dann auch verpflichtet seyn soll,  
 „auf solche Citation zu comparieren, und vermög der Hofge-  
 „richts-Ordnung die Nothdurft zu respiciren." Quam Constitu-  
 tionem in Recessu Anno 1660. conuento iisdem sere verbis  
 repetitam legimus. Eodemque modo Joachimus Fridericus Elector  
 Brandenburgensis e) Anno 1602. cum Statibus suis convenit:

„Zum



„Zum neunten, wo esliche der Prälaten, Herren und Ritter-  
„schaft oder aus den Steden Unser Landshaft Uns in Anforde-  
„rung zu haben vermeinen, wollen wir nach Kaiserl. Majestät  
„und des Heiligen Römischen Reichs-Ordnung Räthe sezen und  
„ihnen auf den Fall den Cydt verlassen, und Uns eines schleu-  
„nistigen rechelichen Austrags<sup>f)</sup> nicht weigern, auch dasselbige,  
„was daselbst erkandt wird, unweigerlich und gnediglich zu hal-  
„ten wissen.“

c) Cf. LUNIG Collectio nova von der Ritterschaft. Tom. I. p. 1136.

d) Cf. LUNIG l. c. p. 1039. & 1072.

e) Cf. LUNIG l. c. p. 875.

f) Vox: *Austrag*: non temper forum austragale significat; *Conf.*  
*diploma ex LONDORPIS Act. publ. Tom. I. p. 32. 33. in HAR-  
PRECHTII Staatsarchiv. P. I. §. 73. insertum.* Sed sensus ramen  
communior is, quo rem de Austrægis intelligimus: & hoc loco  
nullum alium haberi, ex contextu & exemplis adductis appetet.

## §. XXII.

De judiciis autem austrægalibus hoc modo exercitis, interpositaque post ad Cameram provocatione, nullum omnino dubium relinquitur. Cum enim olim Assessores Cameræ dispu-  
tarent, *utrum tum, cum plures Immediati simul in jus vo-  
centur, jurisdictioni Camerali locus statim fiat?* unus rem ad  
Austrægas referendam existimavit, præfertim si Rei simul con-  
venti

venti ejusdem familie membra fuerint, attulitque sententiae rationem, quod anno jam 1570. Comites Schaumburgenses <sup>g)</sup> Electorem Augustum & Saxonie Ducem Wilhelmum coram Consiliariis Reorum propriis tanquam *Judicibus Austragib[us]* convenisse primum, deinde vero ad Cameram appellasse, repe- riamus <sup>h)</sup>. Et ut exemplum patrium adducam, Baronem quem- dam Wilhelmm a Neuneck Ducis Wirtembergensis Collegio Camerali (*Rentcammer*) item intendisse, causamque coram Judicibus secundum Sacri Imperii Constitutionem constitutis (vor den nach des Heiligen Reichsordnung nidergesetzten Richtern) egisse, postea vero ad Cameram, quae receperit appellationem, provocasse, GYLmannus idem refert in Symphorem. Tom. II. P. II. p. 61. Cumque <sup>i)</sup> Baro de Kettenburg Saxonie Ducem Lauenburgensem coram novem ipsius Consiliariis frustra conve- niisset, Camera tandem punto iustitiae denegatae appellabatur, & citatio decernebatur <sup>k).</sup>

g) Legendum sine dubio: *Schænburgenses*: Cf. WABST von der Sächs. Gerichtsverfassung.

h) Cf. GYLmann Symphorem. T. II. P. II. p. 210.

i) GYLmann l. c. verbis: ist er endlich fast wider seinen Willen ges  
nöthigt und getrungen, besslagten Fürsten auf den andern Weg der  
Austrag zu ersuchen und ums Nidersezung der 9 Räthe unterthänig  
anzuhalten.

k) Exempla, quae dedi, quamvis Nobiles & Saxoniam concernant,  
forum austragale satis probant. Jurisdictionis enim ratione habita,  
eodem jure, quo reliqui Subditi, utebantur, ita ut v. g. Notarius,

qui provocationem Guntheri Comitis Schwarzenburgenfis a Judicio Aulico Saxonie A. 1575. ad Cameram interpositam insinuaverat, ex mandato Electoris puniretur, extractique compulsoriales rejicerentur.

## §. XXII.

Quae quamvis ita se habeant, nullumque de jure fori australis dubium superesse possit, formata tamen magis & melius intellecta Superioritate territoriali, vigorem hujus judicij longa consuetudine servati sensim sensimque fuisse minutum, inficias nomine. Nec alia desunt decrescentis auctoritatis rationes. Judiciorum quidem Aulicorum a Principibus per territoria sua conditorum quedam tanta praestantia, Statibusque justitiae bene administrandæ animum ita benevolum & constans consilium fuisse, divinare licet, ut partes, spe victoriæ incerta sumtuumque metu certissimo, frequenter in sententiis Judiciorum provincialium acquievisse, nec incautius ad Cæsarem appellavisse, conjicendum videatur. Accedebat quandoque timor, &, ne Principem appellaturus offenderet, dubitatio, futurisque commodis proidebatur. Tandem ad artes ventum, & in privilegiorum de non appellando illimitatorum interpretatione auxilium quæsitum. Fuerunt enim Juris periti, qui partium studiosiores, sensum eum, quem non nisi de jure Exemptionis statuere fas est, Privilegiis de non appellando substituerent, & æquitatis recteque interpretationis religionem ita violarent, ut diminuendi Cæsaream jurisdictionem, & si Mandata sine Clausula, quibus semper locus esse debebat, exceperis, Princes omni vinculo soli vendi,

vendi, periculum facere voluisse, vero simile videatur. Rebus autem ita comparatis, Cæfarem & Imperium, de quorum iuribus agebatur, prospicere sibi, utrumque vero summum Germaniæ tribunal custodia legum & jurium Cæfaris & Imperii accuratiore fungi, &, ne summa Cælaris jurisdictio detrimenti quid caperet, importunæ Interpretum libidini subdolisque Jure peritorum artibus obviam ire debuisse, natura rei docet. Ita quidem in Consilio Imp. Aulico memorabile reperimus exemplum d. A. 1738. Cum enim in causa: Zahn zu Holzhausen contra die Clevische Kriegs- und Domainen-Cammer den dasigen Fiscus und die Regierung, ad Consilium Imperii Aulicum provocaretur, appellationem autem tanquam detimento Privilegiorum de non appellando factam pars implorans consideraret, judicavit Consilium Imperii Aulicum ita<sup>1)</sup>: “Werden zwar die gebetene Pro-  
cessus appellationis ex defectu formalium hiemii abgeschlagen,  
„jedoch zu gleicher Zeit erkennet, daß durch den an Thro Rats-  
„Maj. als allerhöchsten Richter im Reich von Appellanten ge-  
„nommenen Recurs in hac causa und bey denen dabey sonst mit  
„einslaufenden Umständen contra Privilegium de non appellando  
„keines Wegs gehandelt worden.” Et temporibus posterioribus  
in Camera per citationem super protracta justitia contra Thure  
Pfaltz thesis in contradictorio confirmata fuit: “Quod, si Princeps Subditos suos renunciare foro austriægali, coramque suis Consiliariis judicium accipere, coegerit, Cesarea violetur jurisdictio.” Ac-  
cedit, quod nec tum, cum novem Consiliarii locum Austrægarum  
tenerent, modum hunc imperari posse, supra jam ex MYNSINGERI

Cent. 5. Obs. 1. probavimus, & ex LUDOLFI<sup>m)</sup> Jure Camerali  
Sect. I. §. 3. nr. 19. HORNII<sup>n)</sup> Jure Publico C. 57. & CRA-  
MERI<sup>o)</sup> Monitis ad Ordinationem Cameralem probare conamur.

1) Cf. MOSER von der Justizverfassung I. Th. p. 202.

m) "Electio vice austrægalis est penes Actorem, nisi Princeps cer-  
tum modum ex consuetudine excludere probaverit."

n) "Quod tamen ita temperandum, si in territorio per observantiam,  
privilegia vel pacta, cum Subditis certa judicia non constituta,  
coram quibus Principium causæ tractari possunt."

o) Im Gutachten ad C. O. C. P. 2. Tit. 4. §. 20. "Es hätte dann  
„der Beklagte ein besonderes Privilegium, daß er nur vor seinen  
„Räthen oder vor seiner Regierung statt der Austräge sollte belangt  
„werden können, wenn er nehmlich von seinen Unterthanen belangt  
„würde, so daß es extraneos nichts angehe, selbige auch das Pe-  
„nilegium d. n. a. nicht vorschützen können sollen.“"

#### §. XXIV.

Novissimis tandem temporibus Judicium Camerale, Prin-  
cipes si fuerint a subditis sibi Civibus conventi, auctoritatem  
Austrægarum, in hisce litibus intercedentem, constanter postu-  
lavit, neque, Judicio Revisorio Bonnae per Electorem Colonien-  
sem Serenissimum instituto, & in locum summorum Imperii  
tribunalium facile surrogando, provocationes ab Austrægis ad  
Cameram interponendas diminui, Privilegioque de non appell-  
lando tandem in auxilium vocato, penitus tolli, passum est.  
Quam quidem providentiam, si bonam fidem Electoris Colo-  
nien-

nensis <sup>p)</sup>, in condendo Art. XIX. Capitulationis Cæsareæ novissimæ declaratam, diligentiamque, summis Imperii tribunalibus jura sua vindicandi, adhibitam comparaverimus, hoc casu inutilem inveniemus. Est autem Causæ Colonensis hæc ratio. Electori nimirum <sup>q)</sup> Coloniensi A. 1786. cum Statibus suis provincialibus convenerat, ut Privilio de non appellando, cuius exercitium limitatum & varie circumscripsum hucusque fuerat, plenior usus restitueretur. Verum cum transactiones hujusmodi jura tertiorum respicerent, & de Cæsarea jurisdictione potissimum ageretur, id, de quo convenerat, Elector Serenissimus, litteris Wezlariam missis, A. 1786. significavit, & cum Judicio Camerali novam Revisionis Ordinationem communicavit: Cujus Titulum 2. §§. 8. 9. 10. memorabilem ita legimus: «Hievon (dem „Revisorio) werden ausgenommen diejenigen Sachen, welche Uns „selbst betreffen, petitorisch oder in possessorio ordinario besan- „gen sind und über 1000 Goldsgulden betragen. In diesen Fäl- „len hat der bei dem Churfürstlichen Hofrath unterliegende Theil „die freie Wahl sich entweder an die höchsten Reichsgerichte oder „an das Churfürstliche Revisorium als die letzte Instanz zu wen- „den. — Wählt er in den vorausgesetzten Fällen die höchsten „Reichsgerichte, so hat er dort die Caution, wie sie vor dem Edict „vom 11ten Jun. 1785. üblich war zu leisten — in caussis pos- „sessorii summarissimi & summarii und in petitorischen Sachen, „die weniger als 1000 Goldsgulden betragen und Uns selbst be- „treffen, können wir nur bei unserm Hofrath belangt, und kan- „n von diesem nur an das Revisorium appellirt werden.»

p) Conf.



p) Conf. Votum Colon. "Wenn Unterthanen gegründete Klagen gegen ihre Landesfürsten haben, so kommt ihnen selbst nach Maasgab dieses §. das Jus Austragarum zu statten; hiervon ist der Fall nirgendswo ausgenommen, wenn das Cameral-Interesse eines Fürsten oder Churfürsten mit betroffen ist. Ihre Churfürstl. Durchlaucht von Köln haben daher bei Errichtung Ihrer Revisions-Ordnung Ihnen Unterthanen frei gelassen, daß von den Aussprüchen des Churfürstlichen Hofraths sie die Berufung entweder an eines der höchsten Reichsgerichte oder an das Churfürstliche Revisorium einlegen können. Bei diesen Grundsätzen müsse man es lediglich be lassen. So viel aber die Berichterstattung in allen Fällen, wo ein Mandat gegen einen Landesfürsten erkannt wird, betrifft, trete man dem Churtrierischen Monito bei" ic. Und bei der zweiten Umfrage: "Man seye besonders angewiesen, über diesen Gegenstand in Nichts einzugehen, wodurch den Unterthanen im Fall einer ge gründeten Beschwerde gegen die Hof-Cammern der Weg an die Reichsgerichte erschwert, oder abgeschnitten würde, und könne sich daher alle diejenige Aussage gefallen lassen, welche zu diesem Zweck führen."

q) Præter id, quod Aurea bulla omnibus concessit, Elector Coloniensis Privilegio de non app. illimitato gaudet d. A. 1653. Insinuabatur etiam Cameræ privilegium, & acceptabatur. Verum cum Elector proprio nisu Statibus suis provincialibus promisisset, privilegio se non usurum illimitato, hæc quoque conventio Cameræ significata. Hodie Status provinciales promissio liberasse videntur Electorem, privilegioque, quod ab initio fuerat illimitatum, sua jura restituisse. Quamobrem Serenissimum Electorem causæ & officio suo satisfacturum suisse credo, si conventionem olim cum Statibus initam tolli nunc, & se jure suo usurum, Cameræ significasset.

§. XXV.

## S. XXV.

Vidit omnino Judicium Camerale, quantum ex hujus Ordinationis tenore jurisdictioni Cæsareæ incommodum elici posset, & si plene consentiretur, summorum Imperii tribunalium potestatem valde circumscribi, persuadebatur. Quare conditionem adjicere placuit, & ne possent detrimento fori Cameralis conclusiones fieri, summa Cæsaris jurisdictioni jura sua caute fuerunt reservata. Primum vero, ne, si Principes a subditis sibi Civibus conventi fuerint, forum austrægale tolleretur, statui lexque scribi debebat ea, ut in locum Austrægarum summorumque Imperii tribunalium, litibus Principes inter & Subditos versantibus, Judicia provincialia, vi Superioritatis territorialis instituta, nullo modo surrogari, neque Subditi, Consiliarios Principis conventi proprios pro Austrægis agnoscere, nisi pactis aliud provisum aut consuetudine fuerit introductum, cogi possent. Conf. Ordin. Camer. P. 2. Tit. 6. §. 3. Deinde, si probata pacta fuerint & consuetudinis auctoritas vindicata, supererat magni momenti quæstio & ampliorem indaginem exposcebat: *utrum scilicet in locum summorum Imperii tribunalium illo modo Judicia territorialia surrogare liceat? amon potius omnes cum Statibus provincialibus in hanc rem initæ Conventiones, tanquam de jure tertii decisioæ, rejiciendæ, & ex Articulo 18. §. 1. Capitulationis Cæsareæ Josephine, Possessioni tantum, Consuetudini Privilegiisque Cæsareis in hac causa standum esse, videatur?* Cæsar enim & Imperium casu, quo conventi Principis Consiliarii non Austrægarum amplius, sed summorum Imperii tribunalium

loco

loco judicium exercent, jurisdictione sua, servata per Austrægas, destituuntur.

**§. XXVI.**

Nec a prorogatione jurisdictionis, quam quidam in auxilium vocare conantur, peti possunt in contrarium argumentationes. Cum enim, si rem rectius examinaveris, in iis tantum Judicibus, qui unius ejusdemque summi Imperantis nomine, Romanorum ad exemplar, jurisdictione funguntur, vere locus esse possit prorogationi: multum erraturos eos puto, qui totius Provincie nomine, praetextu prorogationis, in æternum summis Imperii tribunalibus renunciari, &c., Austrægarum auctoritate sublata, Consiliarios, qui Principes pro fontibus sue jurisdictionis agnoscant, surrogari posse, sibi persuaserint. Quam quidem argumentationem, detimento Cæsareae jurisdictionis factam, a summis Imperii tribunalibus approbatam nunquam habebimus: Et extat in hac causa Consilii Imper. Aulici exemplum memorabile d. A. 1722: "In Sachen des Klosters S. „Pancratii contra den Herzog von Meklenburg:" verbis: „Und „wenn auch allenfalls das Kloster in caussa principali vor dem „Ober-Appellations-Gericht sich eingelassen hätte, nach Aus-„weis der Reichsgesze in der Parthenen Mächten nicht stände, „Kaiserlicher Majestät und dero höchsten Reichsgerichten Juris-„diction per prorogationes oder sonst einigen Abbruch zu thun.“<sup>r)</sup>"

<sup>r)</sup> Conf. MOSER N. S. R. Concl. Tom. VIII. §. 14. Cf. quoque KREITMAYR ad Cod. Maxim. Judic. C. I. §. 17.

**§. XXVII.**

## §. XXVII.

Quæ quidem quæstiones, ut ad rem redeam, si fuerint per-solutæ, Principiique, "utrum velit in causa propria summa Imperii tribunalia Reus agnoscere" optionem non liberam esse, præjudicium redditum: forum austrægale, sive proprii Principis Consiliarii se-deant, sive modus alijs intercedat, semper sortiendum, nec unquam in locum summorum Imperii tribunalium, sed *Austrægarum*, Consiliarios hosce surrogandos esse, necessario statui, & in sententia propter insinuatam Ordinationem Revisionis Bon-nensem per Judicium Cameræ data, Clausulæ salvatoriae prospici debebat; ita ut ratione paragraphorum 8., 9., 10., habita, ac-curatius, nec, consueto more, generaliter tantum expressam legamus: "Ist die durch Dr. G. puncto Privilegii de non appellando unterm 20. Junij a. c. übergebene und reproducire An-zeige sammt Anlagen, jedoch vorbehaltlich des Heiligen Reichs Ober- und Gerechtigkeit sowohl überhaupt, als was insbesondere die mit exhibirte Revisions-Gerichts-Ordnung vom 3ten ej. m. puncto Exemptionis fori austrægalis ac cameralis ut & Cau-tionis appellatoriae Titulo 2. §. 8. 9. 10. betrifft, auch man-nigliches Interesse und Einrede dagegen jeder Zeit vorzubringen, so viel Recht hiemit angenommen, und dergestalt darüber noth-dürftige Urkund erkanni.

## §. XXVIII.

Ne nimis verbosus fiam, nihil addo; neque sententiam, ex qua Principibus per Subditos conventis, austrægale forum,

F

inter-

intercedere, Consiliariisque licet sedentibus aut Judiciis territorialibus interpositis, nullo modo mutari, statuere ausus sum, novis argumentis firmo. Satis enim superque demonstratum, non longa tantum consuetudine patriisque moribus, sed & usu noviore niti rem nostram, & summorum Imperii tribunalium auctoritate, Statuumque patientia firmari. Possem etiam privilegia de non appellando illimitata silentio praeterire, cum in litibus ad Ausfrægas pertinentibus nullam iis inesse vim, persuasum mihi sit. Verum sunt, qui tantam eorum auctoritatem credant, & præeuntibus novissimæ Capitulationis Cæsaræ Conditoribus privilegia de non appellando *illimitata* sic interpretentur, ut non causæ tantum Subditorum cum Subditis ventilandæ in iis comprehendantur, sed omnes fere; Mandatisque sine Clausula exceptis, summorum Imperii tribunalium jurisdictione abrogetur, & Exemptionis juri locus fiat. Quibus uti respondeam, origines Privilegiorum de non appellando repetere, queque sit iis tribuenda mens, breviter inquirere placet.

### §. XXIX.

Carolum quidem IVtum, Privilegii de non appellando Electoribus concessi Conditem supra jam vidimus. Et est Aurea Bulla omnibus ita cognita, ut, que fuerit legislatoris, Bohemiæ suæ prospicientis, mens, multis enarrare non oporteat. Imperatorem tamen, privilegio de non appellando potestatem eandem,

eādem, ratione causarum habita, tribuere voluisse, quā in  
privilegio de non Evocando expressam invenimus: & in utro-  
que casu non nisi de litibus Subditorum inter se cogitasse, mo-  
nendum est. Neque verba legis aliud docent, neque Veteres  
aliter interpretantur. Cujus rei testimoniū ex Ordinatione Ju-  
dicii Aulici Moguntini afferō: verbis: "Wie wohl sich Innhalts  
„Unserer und Unsers Stifts Maynz Thurfürstl. Freiheit und  
„Gerechtigkeit in der Guldin Bullen von den Urteln, so durch  
„Uns oder in Unserm Mahmen ohne Mittel gesprochen werden,  
„nimands weiter zu berufen oder zu appelliren gebrüchet;" &  
Ordinatio Judicij Aulici Palatini ita statuit. "Wie wohl wir  
„Innhalt Unser Thurfürstl. Freiheit auch Guldin Bullen aller-  
„dings kein Appellation von Uns und Unserm Hosgericht zu  
„gestatten schuldig gewesen." Verum privilegio suo, per Au-  
reani Bullam introducto, Electores aut plane non aut ita raro  
videtur usi fuisse, ut, temporibus demum subsecutis, omnes  
novis litteris Cæsareis juri suo providere, suorumque judiciorum  
libertatem tueri videamus. Aucta post Juris Romani auctori-  
tate, provocations ad Imperatorem ita frequentes reperiuntur,  
ut, Imperante jam Friderico III. de condendo summo Imperii  
tribunali cogitaretur; & ad exemplum Camere tandem institu-  
tute, Status quoque de Judiciis Aulicis per suas provincias in-  
stituendis consilium inirent. Quorum quidem Judiciorum Au-  
licorum, partim XIVto partim autem XVto seculo conditorum  
formam si rectius examinaverimus, Judicio Cæsaris Aulico  
(Hosgericht) Cameraque (Cammergericht) tanquam exemplari-

bus Principes usos; &, comparatis cum Ordinatione Camerali  
Judiciorum horum Aulicorum Ordinationibus, eundem fere  
contextum & verba eadem adhibita fuisse, deprehendemus.

### §. XXX.

Quæ cum ita sint, mirari satis non possum, cur Principes  
Aureæ Bullæ juriumque suorum, quibus nullo modo renui-  
ciaverant<sup>1)</sup>, in ea descriptorum, immemores quasi nova de non  
appellando privilegia petierint, maximam partem limitata, nec  
in tenore Aureæ Bullæ perstiterint. Quamvis enim secundum  
LUDWIG & OHELSCHLAGER in Annotationibus ad Auream  
Bullam privilegio de non appellando per Carolum IVtum jam  
concessio Status provinciales contradixisse videantur, superunt  
tamen de re dubia, cum in condendis Judicis Aulicis territo-  
rialibus magnam Statuum provincialium auctoritatem intercessisse,  
doceat historia<sup>2)</sup>. Judicent alii de re. Mihi quidem satisfecisse  
videor, si cunctos Electores privilegiis de non app. illimitatis sen-  
sim sensimque decoratos fuisse, probavero. Nec inficias eundum,  
omnia de non appellando privilegia, sive limitata fuerint sive il-  
limitata, *Aureæ Bullæ ratione habita*, per Cæsarem concessa, & a  
Principibus, secundum *Aureæ Bullæ* mentem acceptata fuisse.  
In limitatis quidem nullum omnino dubium supereft: neque  
vero illimitatorum alia ratio, si usum loquendi reique naturam  
consulueris. Revera enim privilegia, per Auream Bullam defi-  
nita,

nita, de non appellando posterioribus temporibus repetita reprehendimus; cumque se tutos ab omnibus partibus reddere vellent Principes, litteris novis per Cesarem datis jura, quibus nunquam renunciatum fuerat, confirmata legimus. Ita, ut ne unum quidem Imperii Statum indicare liceat, qui privilegium de non appellando sibi concessum, aliter, ac Aurea Bulla docet, intelligere, sive ad alias, ac Subditorum causas inter se ventilandas, accommodare voluerit. Hoc modo rem omnes, quotquot sunt, Judiciorum Aulicorum provincialium Ordinationes interpretantur; & si unam tantum nobis consentientem invenieris, cum sit in omnibus idem tenor, & posteriores sint ad exemplum primæ compositæ, omnes eodem jure uti, probabile videtur. Ita Jus provinciale Wirtembergicum Tit. "Wann „an fremde oder ausländische Gericht möge appellirt werden:" causam nostram agit: & Ordinatio Judicij Aulici Palatini Tit. 29. distincie perhibet: "So sezen ordnen und wollen wir, daß „hinsüdrio keinem Unsers Fürstenthums Unterthanen und Land-„sassen, welcher mit einem andern Unserem Unterthanen oder „Landsassen an Unserm Hofgericht zu Recht gestanden, von einiger „End- oder Ben-Urtheil an das Kays. Cammergericht zu appellie-„ren verstattet werde, sondern sie bey solchem an Unserm Hofge-„richt ergangenem Urtheil endlich beharren und verbleiben sollen."

s) Cf. die Mainzer Hofgerichts-Ordnung: "Wie wohl sich Innhalts „Unserer und Unser Stifts Mainz Thürfurstl. Freiheit und Gerech-„tigkeit in der Güldin Bullen von den Urtheilen, so durch Uns oder „ohu

„ohn Mittel in Unserm Nahmen gesprochen werden, niemandts weiter zu berufen oder zu appelliren gehüret, so haben wir doch, damit niemand seines Rechts unbilliger Weise verkürzt werde, in dem etwas milber und gnädiger zu handeln bedacht, und also daß wir menniglichen von den Bes- und End-Urtheilen, deren Haupt sach 400 s. werth, an die Kaiserliche Rechte zu appelliren gestalten, „Unser Churfürstl. Freiheit und Gerechtigkeit damit doch sonst ganz ungegeben“ & in Ordinatione Judicii Aulici Palatini Tit. 29. idem tenor & eadem clausula: „Unser Churfürstl. Freiheit und Gerechtigkeit damit doch ganz ungegeben.“

t) Cf. PERHL. PÜTTER in der Entwicklung, §. XXXI.

Eodem fere modo privilegia de non appellando illimitata semper a summis Imperii tribunalibus intellecta fuisse, facile constat, & in causis Ipsius Electoris Saxonici, qui privilegium suum de non appellando illimitatum restringendi, consilium nunquam iniisse videtur, tum, cum Mandatis sine Clausula locus hanc esset, jure suo Cameram usam, nec ita liberam privilegii hujus interpretationem toleratam fuisse, plura docent exempla. Equidem Ludolfum, celeberrimum olim Judicij Cameralis Alsförem, testem adhibeo, quem in fastis Cameralibus, in Bibliotheca Gottingensi servatis, ita scribentem inveni: „Dominus Comes querebat in Senatu de privilegio Saxonico occasione Causa.“ Hein, contra Sachsen Gotha; Citat. super Nullitatibus. Referens

ferens Breuer & Du. Schrag hatten Citar. erkannt; Roseriz (qui fuerat ab Electore Saxonie presentatus,) hysitire propter privilegium de non appellando. Dresler hatte zwar Jurisdictionem Cameræ pro fundata gehalten, aber an den Nullitatēn gezweifelt. Et aliud eodem loco notatum exemplum: In Cauffa Mauishammer contra die Churfälzische Regierung zu Heidelberg ita se habet: "In puncto Jurisdictionis Cameralis aderat dubium non leve, propter privilegium Electorale Palatinum de non appellando indeterminatum, & erat questio, an tale privilegium non excludet querelam nullitatis. Du. BRAILLARD: non excludere, si ad nullitates privilegium non extensum, quia esset stricte interpretationis, & esse receptam sententiam in Camera. GAIL. I. Observ. 127. & 135. Quocirca Citatio decreta." Cui tertium addo in Cauffa Fechenbach contra Meyerhosen: "Hi processus die 29. Nov. 1707. jam decreti sed non expediti fuerunt, quia noviter dubium obmotum, an jurisdictione sit fundata, cum Du. Elector Moguntinus tanquam Jux prior gaudeat privilegio de non appellando. At quia dictum privilegium tantum respicit subditos." Nec in Scriptoribus Cameralibus unam invenias, qui privilegium de non appellando alterius interpretetur. Ego vero loco multorum in rem adhibendorum argumentorum duos de Saxonia casus profero, quibus apud GYLMANNUM in Symphorem. Tom. III. p. 27. & Tom. I. P. I. Tit. VI. ita legitur: "Ad privilegium de non appellando Saxonum hoc notandum, quod super nullitate agi possit, ut in causa Aufsees contra Rosenau Nullitatis, & in causa

JUXXX. 2  
"Ab-

,, Abbatis a W. contra Electorem Saxoniae & Consortes; privilegium  
,, enim Saxonum, quod allegatur, de non appellando ad Cameram,  
,, ad Subditos tantum restringitur.”

§. XXXII.

Nec est inficias eundam, privilegium de non appellando illimitatum, quod, si fuerint in caussis Subditorum nullitates commissæ, jurisdictione summorum Imperii tribunalium Principes haut liberare legimus, multo minus eam interpretationem pati, qua, si caussa sit coram Austrægis agitanda, provocationes ad Imperatorem minui tollire possint. Nec enim est tanta privilegiorum de non appellando potestas, ut, Mandatis sine Clausula exceptis, quibus omnino parendum, jus velut Exemptionis plenum intercedat. Fieri quidem potuit, ut liberorum privilegii de non appellando usum expectarent ii, quibus concessum fuerat, nec in restrictis ad Imperatorem appellationibus Subditorum inter se litigantium subsistere debere cogitarent, sed majorum commodorum inde percipiendorum consilium agitarent: Verum hæ non impediunt artes, quo minus Imperatorem id, quod petitum fuerat, dedisse, privilegium scilicet de non appellando illimitatum, intelligamus, & ita mentem dantis interpretationem, uti tam Aurea Bulla, cuius ratio habebatur, docet, quam summa Imperii tribunalia, quæ taliter interpretatione licentiae oblocutura fuissent, declarant.

§. XXXIII.

§. XXXIII. de non appellando illimitato-  
rum verba sic comparata, ut, si cum privilegiis limitatis con-  
tuleris, non nisi de causis Subditorum inter se sermonem fieri,  
satis appareat. In Privilegio quidem de non Evocando, per  
Carolum IVtum Archi & Ducibus Austriae primum concessio-  
post repetito per Sigismundum, verba, quibus sensum privi-  
legii quoque de non appellando satis proficuum supponere  
quidam audent, "um keinerley Sachen vor kein Kaiser-  
lich Gericht geladen werden" reperiuntur. Neque sunt  
propterea de aliis quam de Subditorum litibus intelligenda.  
Quare, si verba eadem in privilegio de non appellando  
deprehenderis, eandem etiam interpretationem commendare  
licet. In Exemptionibus autem alius tenor, & iesingens inter  
utrumque, exemptionis scilicet & de non appellando, privile-  
gium subest differentia. Ita ut is, qui nimis partium studiosus  
ex iisdem verbis eandem quoque mentem elicere tentaverit,  
non audiendus esse videatur. Sed ut ad rem ipsam accedam,  
& exempli loco Privilegium Saxonicum <sup>u</sup>) examinem, in in-  
troitu statim ita judicantem audies Electorem, ut verbis:  
"der  
"Churfürst wolle sich aus des Känsers und Reichs gebührlichem  
"Gehorsam nicht entziehen, noch verlange er dem Kaiserlichen  
"Cammergericht an seiner Hoheit Präeminenz und gebührlichem  
"Gerichtszwang etwas abzubrechen, sondern sein Lieb bleibe viel-  
"mehr geneigt, dem Kaiser unterthänigsten treuen Gehorsam zu  
leisten, auch die gemeinen des heiligen Reichs Ordnungen, Po-  
205 R. G. n sizer.

„lizen und Justizien zu erhalten;“ jurisdictione se Cæsarea liberandi, novasque res moliendi, nullum appareat consilium. Et post clarissimum item explicat, verbis: „Wie dann sein Lieb & selbst im Sachen, so er ohn Mittel in erster Instanz an Unser Kaiserl. Cammergericht Innhalt Unser und des Reichs Ordnung gehörig, und ihre Lieb denn als Part belangenden, Unser und des Reichs Cammergerichts Jurisdiction niewals gesöhnen.“ Quae quidem verba ita comparata videntur, ut non tantum de Mandatis sine Clausula, quibus omnino semper obediendum, possint intelligi, verum de omnibus caussis, jurisdictionem Cæsaream respicientibus. Rem enim si penitus examinaveris, verbis: in erster Instanz: nullo modo standum; nec ita provocationem ab Austragis removendam esse, facile intelligitur, cum cardo rei potissimum in verbis: so er on Mittel: vertatur, & Elector hoc modo in omnibus caussis, inferiori sive territoriali foro non subjectis, sed Cæsaris tantum jurisdictionem agnoscentibus, Judicio Camerali se submittere velle videatur. Et huc quidem pertinent omnes primæ instantie lites, primoque loco nominanda sunt & Mandata & Nullitatis Querela. Verum cum Austragæ nomine Cæsaris jus dicant, & ex publicis Imperii legibus, quibus se paritum Elector pollicetur, provocacionibus ad summa Imperii tribunalia interpositis, sive Camera sive Consilium Imperii Aulicum succedat, & respectu tantum summorum Imperii tribunalium habitu, posterior, instantia vero prior ratione jurisdictionis territorialis in Austragis intercedat, privilegio de non appellando nullus omnino locus sit, quando

Reus

Reus ipse Elector agitur; neque Mandata, neque Provocationes ab Austragis, quos in primarum instantiarum numero haberi, supra docuimus, interponendæ exauctiorantur. Sub finem autem nullum amplius de animo suo dubium relinquunt Elector, & ea tantum jura, quorum jam ex Aurea Bulla particeps sit, vindicare se velle pronunciat, verbis: "Das von der Thurn und Fürsten zu Sachsen Urtheilen, Decreten, Erkantnissen und Abschieden, so durch Sie und in Ihren Nahmen in der Parthenen Sachen gesprochen, keine weitere Berufung an das Cammergericht statt haben solle." Rationes adeo, quibus preses suas commendat, non nisi provocations partium inter se litigantium concernint, & eadem, quæ sunt in privilegiis limitatis ex consuetudine narrate, reperiuntur.

<sup>6</sup> **VII** XXX. *Die Regierung des Herzogs von Sachsen-Weimar-Eisenach.*

§. XXXIV.

Verum quid de Clausula Ordinationis Cameralis de Anno  
1555. Part. 2. Tit. VI. §. 2. & P. 2. Tit. 28. §. 1. statuendum?  
„Doch einem jeden seine Privilegia und Freiheiten surbehalten et  
„doch einem jeden Churfürsten, Fürsten oder Fürsimässigen auch  
„Prälaten, Grafen, Freiherrn, Rittern oder andern des Adels,

G

22/50

so dieselbige besondere Geding, Gewohnheit oder Herkommen  
 mit ihren Ritterschäften, Unterthanen oder Landsassen hätten,  
 gegen denselben, den Ihnen, außerhalb der obgeschriebenen Artikul  
 daran unabbrüchig." Sunt enim, qui locum ita conentur in-  
 terpretari, ut omnes ab Austrægis interponenda appellationes  
 ipso jure tollantur, & Judicia territorialia succedant. Verum,  
 si recte video, errant hujus notæ interpretes, nec de litibus  
 Subditorum adversus Principes intentis sine justo modo lex  
 videtur accipienda. Legislatoris enim mens etiam ex aliis ejus-  
 dem Ordinationis locis ea videtur elicienda, ut liberam appella-  
 tionem pro *Regula*, circumscriptam pro *Exceptione* agnoscat. Enim  
 vero tantum abest, ut haec Clauſula vim legis novæ, Judiciorum  
 territorialium auctoritati proſpicientis, habeat, ut potius caſu,  
 quo nec pacta nec consuetudo, que tamen probari debent, in auxi-  
 lium vocari poſſunt, provocationibus & juri communi locus fiat.  
 Concedendum tamen videtur, poſſe clauſulam hanc ita expli-  
 cari, ut, si Princeps ſive pacta cum Subditis iniſſe docuerit, ſive  
 longa consuetudine libertatem fuorum Judiciorum territorialium  
 probaverit, in cauſis adeo, quæ forum austrægale requirunt  
 originitus, cefſent ad summa Imperii tribunalia provocatio-  
 nes, &; quaſi nulla fuerit Austrægarum habita ratio, in Con-  
 filiariorum Rei Principis ſententia Subditi debeat acquiescere.  
 Sed ingens nihilominus ſuperest inter hanc clauſulam & nimiam  
 privilegiorum de non appellando libertatem diſſentia: Primum  
 enim jus, quo Princeps uti vellent, probandum, & forum  
 manet austrægale: Deinde, si libertatem ex privilegio de non  
 appel-

appellando concederis, & forum mutatur & causae status; nec probare tenetur Reus, quæ debebat, jura, Subditis interdum incommoda, & corruptitur interpretatio.

§. XXXV.

Sed ut finem faciam disputationi, verba, quibus Imperator utitur, potissimum consulenda videntur: quem quidem, nisi omnia me fallunt, satis distincte loquentem, nec alio jure, ac in limitatis, utentem in privilegiis illimitatis invenio. Sunt autem haec verba: "Wir bewilligen, erneuern, stärken, bekräftigen, confirmiren und bestätigen die Freiheit des nicht appellirens, also daß von keinem Bey- oder End-Urtitel Erkandtnuß Decreten Abschieden, so in der Chur- und Fürsten zu Sachsen Nahmen gesprochen und erhöht werden." Quae verba si recte perpenderis, tunc, cum perhibet: "In der Chur- und Fürsten zu Sachsen Nahmen:" non de Austrægis, qui nomine Imperatoris jus dicunt, sed de Judiciis territorialibus, quæ Principem fontem juris habent, cogitare, facile patet. Adde privilegiorum limitatorum tenorem; & omnem differentiam in eo consistere reperies, ut in utroque privilegio lites quidem Subditorum inter se disputantium versentur, sed in limitato, & Summa & Rei, de qua agitur, habita ratione, modus aliquis preescribatur.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Cæterum inficias haut eo, & Saxoniam & alios Imperii Status, qui fortasse neque pactis neque inveterata consuetudine tueri se potuerant, nec ex Clausula supra memorata suam interpretationem stabilire audebant, rebus tamen suis prospexitse, suaque de non appellando privilegia sic declarasse, ut omnem omnino modum excederent, &, velut essent exempti, Mandatis fine Clausula tantum exceptis, omni se jurisdictione Cæsarea liberandi periculum facerent. Evenit autem, ut Imperator tueri jus suum inciperet, & interpretationibus hujusmodi limites poneret. Quem in finem noviora de non appellando privilegia accuratius definita, &, quamvis essent illimitata, forum austragale reservatum expressim legimus. Ita cum Status provinciales Juliacenses de usu privilegii de non appellando illimitati quererentur, nec ad lites Statuum provinciarium Principibus intentas accommodari debere, disputarent, Imperator precibus anuere dignatus est, & privilegium de non appellando illimitatum non nisi de causis Subditorum intelligendum esse, declaravit, verbis vix: "Känsel. Majestät  
" finde sich durch wichtige Ursachen bewogen, vermöge der Aller-  
" höchst Ihro zustehenden Känsel. Macht-Vollkommenheit, es  
" bei diesem Privilegio illimitato de non appellando ohnabän-  
" derlich zu belassen; jedoch ohne Abbruch der von denen Jülich-  
" und Bergischen Ständen wegen ihrer Concurrenz zur Verfas-  
" sung der Gerichts- und Procesordnungen angegebenen und er-  
" weisz

„weiflichen Rechten. Im übrigen haben Kaiserliche Majestät „weiter allernädigst resolvirt: Reichshofrath habe sich ansonsten „nach der dem Voto beylegenden Thur-Pfälzischen Erklärung: „dass das Privilegium illimitatum in keinen andern Cauffis und „Geschäften, als welche inter Privatos und zwischen oder gegen „Landsstände, als Unterthanen und Einwohner, zu decidiren „seynd, gebraucht werden solle, in ergebenden Fällen zu achten. „Welchen die allergehorsamste Folge geleistet werden solle.“ Eodemque fere modo de privilegio de non appellando Duci Megapolitanō concessō per Conclusum Consilii Imper. Aulici d. 11. April. 1781. deciditur <sup>w)</sup>: “Mit Ausnahme der Appellation in fiscalibus und in Sachen, wo der Herrn Herzoge „besonderes Interesse mit eintritt;” ita, ut MOSER, quem ipsum raro de re judicasse scimus, male de Privilegio Megapolitanō scribat: “Solschen nach bleiben allein die bloße Privat-Partysachen von der Appellation ausgeschlossen, dahero ihme „auch in dem Concluso selbst der Nahme eines illimitirten Privilegii nicht beigelegt wird.” Ea, quæ de Ordinatione Judicij Revisorii Bonnensis supra jam monui, repetere non placet; sed in alia caufa, dissimili quidem & feudali, juris <sup>x)</sup> eadem principia deprehendimus: Scilicet in Sachen Graf Kesselsstadt contra Freiherrn von Ahr und Thürtrierischen Lehens-Fiscal: rejecta Exceptione non Devolutionis statutum & imperatum, ut privilegia de non appellando non nisi caufas Subditorum inter se litigantium concernere credendæ sint.

v) Conf. MOSER in der Justizverfassung, P. I. pag. 206.

w) Conf. MOSER in den Zusäzen zum neuen Staats-Recht, P. I. pag. 630.

x) Conf. MOSER im Tierischen Staats-Recht, Cap. 12.

### §. XXXVII.

Possem adhuc alias tam Cameralium, quam aliorum Scriptorum opiniones afferre. Sed satis demonstratum videtur, inde ab originibus Judiciorum Germanicorum ad novissimam usque Capitulationem Cæsaream tum, cum Principes a subditis sibi Civibus conveniarentur, austrægale judicium, quocumque modo exercitum, semper intercessisse: Nec, Privilegium de non appellando illimitatum ad alias ac Subditorum causas inter se disputantium accommodatum fuisse, pluribus eget argumentis. Quodsi enim in multis Germaniæ provinciis præclusam ad summa Imperii tribunalia viam inveniamus, & nullas in causis austrægalibus provocationes a suis judicis concedere videantur Principes, aliam libertatis hujusmodi rationem divinari, neque vero privilegio de non appellando novum jus queri posse, demonstravimus. Unde facile patet, Articulo XIX. Capitulationis Cæsareæ novissimæ novam omnino legem ferri, nec antiquiorum Ordinationum sensum mentemque declarari. Quæ cum ita sint, novam quoque legem,

gem, si summa Imperii tribunalia in futurum observare voluerint, non nisi de futuris caussis intelligendam, nec ad lites jam pendentes referendam esse, nemo facile negaverit. Altera tandem quæstio: “*Utram scilicet possint in Capitulatione Cesarea, cujus Electores, exclusis omnibus Imperii Statibus, auctores perhibentur, leges nove, quibus in tota Germania obediendum, ferri, Statuum vero reliquorum consensu præteriri, quæque sit in hac caussa summorum Imperii tribunalium attendenda patientia & imperanda obedientia, majorem requirit indaginem.*

## Errata

**Errata quaedam:**

Pag. **xi.** lin. **12.** leg. contingeant,  
— **12.** — **6.** — dijudicari  
— **15.** — **1.** — nimio;  
— **18.** — **8.** — abrogatam  
— **19.** — **21.** — simile  
— **21.** — **2.** — delend. tam  
— **21.** — **14.** — intelligere

W18

**ULB Halle**  
005 361 877




3





B.I.G.



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

FORO PRINCIPUM  
A SUBDITIS CONVENTORUM  
AUSTRÆGALI

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO - CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO DUCE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O

DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE,  
REL. REL.

CONSENTIENTE ILLUSTRI JURISCONSUL'FORUM  
ORDINE

MUNUS PROFESSORIS JURIS EXTRAORDINARII  
CLEMENTISSIME SIBI DEMANDATUM

LEGITIME ADITURUS

D I E                    M A J .    M D C C X C I

PUBLICE DEFENDET

D. CAROL. FRIDER. GUIL. SCHMID  
SCHORNDORFENSIS.

T U B I N G A E

T Y P I S S C H R A M M I A N I S.

